S. P. D.

Litteras quidem ad Matrem, Pater colendissime, huc allatae sunt, sed ad nos nullae nisi in fine epistolae Matris unus aut alter versiculus, qui praeter vulgarem salutationem nihil continebat. quid ergo nos incusas? Imo tute potius ipse incusandus mihi videris. Iuniores enim tuae sunt nostris. Mauritii quidem aut versus aut prosam, meamque Ethiopariam expectaturum te scribis, te vero nullos versus vel prosam remissurum quod mallemus quum hoc scripsisses ut versus placuerint vereor enim ut placeant cum iudicium de iis tuum non dicas. Incolumem te Bredae appulisse et Berghas reversum ex animo gaudemus, sed magis gavisi essemus si et nos tecum eo ire et tuum patrium solum videre potuissemus. sed Quoniam id quod volumus non potest, velimus id quod possit, litterisque nos oblectemus. His enim ut inquit Cicero, absentes videmus. Hisce te Pater colendissime Deo optim. max. commendo. Datum Hagae Comitis vii° Kal. Aprilis CIƆIƆCIX.

Tui observantissimus

Constn: Huygens
1609

© Koninklijke Bibliotheek
KA 44, nr. 6
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5

Monſieur

Monſ.r Huygens Secretai[re]
[a]u Conſeil d'Estat a

Berghes ſur le Zoom

© Koninklijke Bibliotheek
KA 44, nr. 6
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/5